

1160 seruitio imperatoris fuerat. Nos autem, qui in seruitio domni nostri episcopi totam Italiam ultra Romam usque in Apuliam peragrauimus, beneficiis et diuersis muneribus exhilarati deo et martyribus nostris, qui nos de tantis miseriis ad nostra reduxerunt, gratias agentes feliciter dies nostros exegimus¹⁾.

1161 Anno dominice incarnationis MCLXII in auxilium contra Mediolanenses domno imperatori Fridericum, filium suum, et Theobaldum, fratrem germanum, cum multa militia dirigit, et cum iam ad exitum terre sue cum militia educenda ueniret, nuntius de Morauia uenit referens, Zobezlaum, filium Zobezlai, Olomuc nocte fraudulenter cepisse. Et licet regi tam aduersa accidissent, predictam tamen militiam ad domnum imperatorem dirigit, querelas de Zobezlao referens. Ipse autem alia collecta militia Morauiam intrat, Olomuc obsidet. Zobezlaus uidens se domno regi non posse resistere, per Conradum et Ottonem principes et per alios primates gratiam domni regis querit, ut ei tamdiu miserias in exilio passo²⁾ aliqua portiuncula³⁾ Boemie detur, rogat. Quod ei facile promittitur, in gratiam domni regis in osculo pacis recipitur, Olomuc in potestatem regis redditur. Rex cum Zobezlao Pragam reuertitur et post celebrata diuina in superiori palatio domni episcopi Zobezlao residente et beneficia expectante, que rex in inferiori caminata uidebatur disponere, capitur et in maiorem ibi turrim ponitur, catenatur, sui, qua quis potest, effugiunt, inde in castellum Prindam deducitur, Conrado Stvrm, cuidam carnifici, custodiendus committitur. Imperator interea cum Boemis, Theutonicis⁴⁾, Lombardis et aliarum nationum plurima militia Mediolanum circumire non desinit, fruges eorum, vineas et arbores fructiferas destruit, pecudes, armenta et quae potest eis aufert, castella, turres, quas potest, eis destruit, ex eis, quos capere potest, capit, suspendit, interficit. Tali militia Fridericus, filius regis Boemie, circa Mediolanum domno imperatori expleta in festo beati Venzezlai Pragam feliciter reuertitur et a patre

nikům, kteří nás z takových útrap do vlasti zase doprovodili, a trávili jsme šťastně dny své.

Léta po narození páně 1162 poslal (král) císaři pánu s velkým vojskem na pomoc proti Mediolanským Fridricha, syna svého, a Děpolda vlastního bratra. A když již přišel až na samé pomezí země s vojskem, jež vysílal, přišel posel z Moravy s oznámením, že Soběslav, syn Soběslavův, v noci zradně se zmocnil Olomouce. Ačkoli se králi taková nehoda stala, odeslal předce zmíněné řady k císaři, žaluje zároveň na Soběslava; sám však sebrav vojsko táhl do Moravy a oblehl Olomouc. Soběslav vida, že panu králi nemůže odolat, hledal milost jeho skrze knížata Kunrata a Otu a jiné velmože, prose, aby mu, jenž tolik svizeli u vyhnanství trpěl, dán byl nějaký úděliček v Čechách. To mu lehce slíbeno, on políbením královým na milost přijat jest a Olomouc odevzdána do moci královské. Král vrátil se se Soběslavem do Prahy, a když Soběslav po službách božích v hořejší části paláce biskupského odpočíval a očekával dobrodiní, jež král v dolejší komnatě nařizovati se zdál, byl zajat a tam do větší věže uvržen a spoután; jeho lidé rozutekli se, kam kdo mohl, on pak byl na hrad Přimdu odveden a jakémusi řezníku Konradovi Šturmovi k opatrování odevzdán. Zatím neustal císař s Čechy, Němci, Lombardy a s přechetným vojskem jiných národů obcházeti Mediolan, ničil úrodu jejich, vinice a ovocné stromy, odnímal jim dobytek a potahy a vše, co jen mohl, bořil jim hrady a věže, a koho chytiti mohl chytal, věšel a vraždil. Vykonav takovou službu vojenskou císaři pánu u Mediolanu Fridrich, syn krále českého, vrátil se šťastně v den svatého Václava domů, a byl od otce svého, krále

¹⁾ 16 dne měsíce Června přichází Daniel jakožto svědek v listině kláštera Hradištského, ač pravá-li ta listina jest. — ²⁾ V rukopise bylo původně passus, ale opraveno v passo. — ³⁾ Ruk. má aliquam portiunculam. — ⁴⁾ Thetonicis 1.